

qz rationem diligenter cognoseas, nō enim temere huiusmodi variationem exposuius.  
Atqz hēc esto vnius capitū descrip̄io.

Alterius vero talis.  
Quadratum similiter constitues vt supra monui faciens rectorum laterum prius.a.  
posterioris.b. Sed transuersorum superius esto.i.inferius.f. Hoc quadratum primum per  
pendicularibus lineis insignies, ponesqz unam ab. a. ductam retro. E. i. L. . que sit.c.  
Hoc tanget extremam pupillam et intimas nares. Iterum duces retro ab.a. E. 2. L.  
2.lineam.d. hēc supercilia definiet, et super linea.f. intimum mentum. Oculorum autem  
anguli iuxta tempora terminabuntur in medio.c.d. Iterum pones retro ab.a. E. 4. L.  
o.lineam.e. Hoc attinget aurem ubi e temporibus enascitur, iuxtaqz illam sinciput raz  
dit latus. i. Iterum duces lineam.f. retro ab.a. E. 5. L.o. Hoc terminabit aurem. Eū  
pones lineam.g. prossim a latere.b. E. j. L.o. hoc tanget cervicem, describetqz commiss  
suram occipiti cum cervice. Transuersas autem parallelos vt diximus sic facies. Ab  
transuersa.i. deorsū E. o. L. 8. ponatur alia transuersa.l. hoc tanget verticē iuxta open  
dicularē.g. Iterum pones infra.i. linea transuersam.m. E. j. L. 4. hoc tanget radi  
cem capilli supra frontem. Postea diuides. m. f. duabus lineis. n. o. in tria aequalia spa  
cia. Linea quidem. n. transibit per supercilia et summam aurem. Sed linea. o. tanget  
imum nasum et aurem. Juxtaqz hanc occipitum in cervicem insidet. Erigitqz hinc collum  
densum usqz ad guttur. E. 4. L. 6. Iterum duces lineam.p. infra.n. E. j. L. o. Inter  
qz.p.n. totus oculus comprehendetur et anguli stabunt in medio. Iterum pones lineam  
r.supra.o. E. o. L. 5. hoc tanget summas narium eminentias, atima auricula peculia  
riter exprimetur intra.r.o. Iterum pones lineam.s.supra.k. E. j. L. o. Hoc tanget sum  
mum mentum. Cum diuides. o.f. linea.t. per medium, hēc transibit per mediabuc  
cam. Atqz ita et duas obliquas duces. Unam ex angulo perpendicularis.c. et transuer  
sae.i.ad angulum perpendicularis.a. et transuersae.o. Alteram vero ex angulo perpendicularis.a.  
et transuersae.n.ad angulum perpendicularis.c. et transuersae.k. Suprad  
priorē deducetur frons intra.m. n. Infra autem nasus, intra.n. o. Juxta alteram expro  
metur labrum, bucca, mentum. Atqz ita omnibus partibus rectis lineis notatis, tum de  
inceps formam capitū inscribes, ita vt nos subiecto exemplo declarauimus. Neqz igno  
randum similiter posse omnium membrorum mēsūrationes singulatim exquiri de eōū  
altitudinibus. vt, exempli caussa. Ponatur crux a medio genu ad imum talum. hoc erit  
altitudo. de hac exquires latitudines, vt verbi caussa. Suram facies latam parte una.4.  
altitudinis, huiusqz quartæ dimidium duces per talos. Ita vt dixi arbitrio tuo facere in  
singulis membris et exacete omnia exquirere licebit.

Atqz hic esto finis libri secundi, co[n]siderationum rectarum formarum. Vbi a lecto  
ribus venia petere libuit errorum si qua forte in picturis exemplorum occurrerint. Neqz  
enīnos celaturōe vitia, neqz typorum signorum depravationem preſtare aut equum  
aut virium nostrarum fuit. Sed de scriptura tamen poterint et illa emendari quam b  
ni studio et diligentia qz emendatissime curauimus edi, correctis inter relegendum ex  
cusorum peccatis. Lector bonus et cœquus gratiam vt spero operam nostram acceptamqz  
habebit, malignos et obrectatores non curat vt Greci aiunt. Hippocleides.

